

SERMO DE IMPEDI  
mentis ex parte animæ artificis

## Caput. v

**R**emisimus tibi capitulū  
vnū/in quo narrauimus  
sermone absoluto & ma-  
nifesto impedimenta, ex  
parte corporis artificis  
dependentia. Restat no-  
bis narrare breuiter impedimēta ex  
parte ipsius aīæ, quę maxime impe-  
diūt huius operis complemētū. Dici-  
mus igitur quoniam qui non habu-  
erit ingeniū naturale. & animam per-  
scrutantem subtiliter principia natu-  
ralia & naturæ fundamenta & artifi-  
cia, quæ cōsequi naturam possint in  
sua actionis proprietatibus, nō inue-  
niet huius preciosissimę scientię verā  
radicem. Sicut sunt multi, qui durā  
habēt cervicem in omni perspiciōe  
vacuam ingenio, qui et vix cōmunē  
intelligere queunt sermonem, & ope-  
ra similiter cū difficultate discant vul-  
go cōmunia. Ab his etiā multos in-  
uenimus animam habere facilem os-  
pinantem fantasiā quamlibet, sed  
quod credunt verum inuenisse, fans-  
tasticum est, totum etiā a ratione des-  
uium, & errore plenum, & semotum  
a principiis naturalibus, quoniā eo-  
rum cerebrum, multis repletū fumo-  
sitatibus, nō potest recipere verā rerū  
naturalium intentionem. Sunt etiā  
preter istos alij, qui mobilem habent  
animam, de opinione in opiniones,  
& de volūtate in volūtates, sicut qui  
modo credunt hoc, & idem volunt, si

nerationis ullius fundamento. post  
illud vero parum, & aliud credunt si-  
militer, et aliud volunt. Et hi tā mo-  
biles sunt, vt vix minimum eius ad  
quod intendunt, possint consumma-  
re, sed diminutum potius illud relin-  
quunt. Sunt similiter & alij qui ali-  
quam non possunt uidere ueritatem  
ex rebus naturalibus plusquam bes-  
tig, uelut mente capti, et insani. &  
pueri. Sunt & alij, qui contemnunt  
scientiam, & ipsam non putant esse:  
quos similiter scientia contemnit, ip-  
sosque ab huius preciosissimi operis  
fine repellit. Et sunt qui serui sunt pe-  
cunię deseruientes. hanc scientiam  
mirabilem & ipsam affirmantes, sed  
ipsa dispendia interponere timent.  
ideoque licet ipsam affirmant, & secun-  
dum rationem ipsam inuestigent, ta-  
men ad operis experientiam non per-  
ueniunt, propter pecunię auaritiā.  
Ad hos igitur non peruenit hec scien-  
tia nostra. Qualiter enim qui igno-  
rauerit uel sciētīā inuestigare neglex-  
erit, faciliter ad ipsam perueniet.

SERMO DE IMPEDI  
mentis externis opus impedis-  
entibus.

## Caput vi

**R**Eduximus ad duo capi-  
tula omnia impedimen-  
ta huius artis finē retar-  
dantia quę sunt ex prin-  
cipijs radicalibus, secundum naturā  
artificis huius preciosi negocij. Expe-  
dit ergo nos tantum narrare impe-  
dimenta exterius superuenientia ex  
A iiij